



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xlviii. Si canis ab aliquo est fascinatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Si canem à partu purgare voles.*

**M**Arrubium cum pulegio decoquito, decoctione purgabis canem.

*Si voles canem concipere.*

**F**Ermenti nonnihil in pabulum dabis, idque ieiunæ quidem.

*Aliud.*

In vuluam canis salis aliquot grana inde.

*Si cupias liberari canem caliditate à conceptu.*

**T**enuem puluerem ieiunæ dabis. Si autem nolit, nolenti etiam ingeres.

*Canem à coitu si reficere voles.*

**A**Ccipe iuniperi baccas duas, folia rutæ, grana piperis xv. croci non ita multum, conteras ac misceas, merique paululum infundas, post vero in aqua calida vt edat, dato.

*Si canis ab aliquo est fascinatus.*

**F**Vscam pulegio commiscens naribus infunde. Et pilis equinis posteriorum pedum incensis, suffumigetur, tegumen-

Z iij

to aliquo coopertus, donec sudorem emittat.

*Ad rabiem.*

**S**I ad rabiem canis redigatur, singulari quadam industria præcido ea, quæ sub lingua esse, supra diximus.

*Ad scabiem.*

**A**Cetum cum sacrophago & butyro coque, & canem inunge atque sanabitur.

